

Teramen.-Atrien., negativ

metus

1 6. - Prae oculis iam habita *timoris* proprie
2 dicti specificatione (n. 4) merito affirmat-
3 tum est quod «*metus*, e contra, seu trepidati-
4 o voluntatis, ut talis (id est abstractione
5 facta a commotione organica ab ipsa forsan
6 provocata), obiectivum ac deliberatum rati-
7 onis iudicium non impedit neque eligendi
8 copiam simpliciter tollit, atque proinde *ex*
9 *se libertatem intactam relinquit*; ille enim
10 qui agit ex metu, quamvis secluso metu
11 noluisse agere id quod agit, supposito tamen
12 metu, revera deliberate et libere vult
13 agere quod agit, hic et nunc libere eligendo
14 quod sibi apparet minus malum. Metus tamen
15 *modificat voluntarium* (quod non est
16 cum libertate confundendum), in quantum
17 modificat actus voluntatis obiectum illud-
18 que reddit aliqua ratione involuntarium». Ita enim
19 «actus ex metu positus, etsi de facto vere
20 voluntarius, aliqua ratione tamen, seu “secundum
21 quid“, ut scholastici dicunt, involuntarius est»
22 (G. Michiels, *Principia generalia*, cit. [Parisiis-Tornaci-
23 Romae 1955²], pp. 619 s).

25 Quare actus positus *ex metu* gravi et iniuste
26 incusso, secundum generalia iuris principia,
27 valet, nisi aliud iure caveatur; potest tamen
28 per sententiam iudicis rescindi, sive ad instantiam
29 partis laesae eiusve in iure successorum, sive ex
30 officio (can. 125, § 2). Valor enim actus ex metu
31 gravi et iniuste incusso positi plene se conformat
32 ad principium rationale quod penes «illud quod
33 per metum agitur, absque conditione est voluntarium,
34 id est secundum quod actu agitur (voluntarium
35 simpliciter), etsi involuntarium sit sub conditione,
36 id est si talis metus non immineret», ex quo dicitur
37 quoque «involuntarium secundum quid» (S. Thomas,
38 *Summa theol.*, III, q. 6, a. 6, ad 3).

6. – Angesichts der genannten Spezifikation der
Angst im eigentlichen Sinne (n. 4) wird mit
Recht bekräftigt, dass „hingegen die *Furcht* oder
Unruhe des Willens als solche (d.h. absehend von
der organischen Erschütterung, die sie vielleicht
bewirkt hat) ein objektives und überlegtes Urteil
des Verstandes nicht verhindert noch die Mög-
lichkeit der Wahl einfachhin aufhebt, und dass
sie daher *aus sich die Freiheit unberührt lässt*;
der nämlich, der aus Furcht handelt, auch wenn
er ohne die Furcht nicht tun wollte, was er tut,
will bei gegebener Furcht wirklich überlegt und
frei tun, was er tut, indem er hier und jetzt frei
wählt, was ihm das geringere Übel erscheint. Die
Furcht *verändert das Gewollte* (was nicht mit der
Freiheit zu verwechseln ist), insofern es das Ob-
jekt des Willensaktes verändert und es in gewisser
Weise ungewollt macht“. So nämlich „ist der
Akt, der aus Furcht gesetzt wird, auch wenn in
der Tat wirklich gewollt, in irgendeiner Weise
doch, oder ‚secundum quid‘, wie die Scholastiker
sagen, ungewollt“ (...).

Daher ist ein Akt, der aus schwerer und un-
gerecht eingeflößter Furcht gesetzt ist, nach den
allgemeinen Prinzipien des Rechtes gültig, wenn
im Recht nicht anderes vorgesehen ist; er kann
aber durch Urteil des Richters aufgehoben werden,
sei es auf Antrag der verletzten Partei, sei es
ihrer Rechtsnachfolger, sei es von Amts wegen
(can. 125 § 2). Die Geltung nämlich eines Aktes,
der aus schwerer und ungerecht eingeflößter
Furcht gesetzt ist, stimmt gänzlich mit dem Ver-
nunftsprinzip überein, dass bei „dem, was aus
Furcht geschieht, ohne Bedingung [Umstand]
gewollt ist, d.h. dem entspricht, was im Handeln
getan wird (voluntarium simpliciter), auch wenn
es unter der Bedingung [dem Umstand] un-
gewollt ist, wenn also diese Furcht nicht drohte“,
weshalb es auch „involuntarium secundum quid“
genannt wird (...). ...

41 7. — Quidam vero actus ex metu gravi et
42 iniuste incusso positi non solum rescindibi-
43 les sunt, sed etiam nulli, ut puta matrimoni-
44 um. Lex enim ecclesialis expresse statuit
45 *invalidum esse matrimonium initum ob vim*
46 *vel metum gravem ab extrinseco, etiam*
47 *haud consulto incussum, a quo ut quis se*
48 *liberet, eligere cogatur matrimonium* (can.
49 1103).

50 Non agitur tamen de norma ius positivum
51 ecclesiale tantum referente, cum respon-
52 sum coetus plenarii Pontificiae tunc Com-
53 missionis Codici Iuris Canonici authentice
54 interpretando diei 25 novembris 1986, a
55 Romano Pontifice approbatum in audientia
56 diei 23 aprilis 1987, declaravit vitium con-
57 sensus, de quo in can. 1103, etiam matri-
58 moniis non catholicorum applicari posse
59 (AAS 79 [1987], p. 1132).

60 Haec declaratio, sicut ad rem explanatum
61 est, haud dubie supponit «uti doctrinam
62 certam metum invalidare matrimonium
63 ipso iure naturae», etsi restat aperta ingens
64 quaestio determinandi limites intra quos
65 metus talem influxum invalidantem exse-
66 rit», praesertim vero «quaenam elementa
67 sint iuris naturalis, quaenam vero iuris po-
68 sitivi Ecclesiae, si quae dantur» in textu
69 can. 1103 (U. Navarrete, *Adnotationes ad*
70 *responsa Pontificiae Commissionis Codicii*
71 *Iuris Canonici authentice interpretando,*
72 *in: Periodica de re morali canonica liturgi-*
73 *ca* 77 [1988], pp. 502 s).

74 Ceterum omnes ultra admittunt legem ec-
75 clesialem «ad efficacius libertatem nubendi
76 protegendam, maiorem gradum libertatis
77 ex solo iure humano posse exigere, ac pro-
78 babiliter exigit, quam qui solo iure naturali
79 ad valide contrahendum exigitur» (*ibid.*, p.
80 500; cf. coram infrascripto Ponente, sent.
81 diei 21 decembris 1989, RRDec., vol.
82 LXXXI, p. 792, n. 4).

7. – Einige aus schwerer und ungerecht einge-
flößter Furcht gesetzte Akte sind aber nicht nur
aufhebbar, sondern ungültig, so wie die Ehe. Das
Gesetz der Kirche nämlich statuiert ausdrücklich,
*dass eine Ehe ungültig ist, die aufgrund von Ge-
walt oder schwerer, von außen auch unbeabsich-
tigt eingeflößter Furcht geschlossen wurde, von
der sich zu befreien jemand die Ehe zu wählen
gezwungen war* (can.1103).

Es handelt sich aber um eine Norm, die nicht nur
positives Kirchenrecht wiedergibt, denn die Ant-
wort der Vollversammlung der Päpstlichen Kom-
mission für die authentische Interpretation des
CIC vom 25.11.1986, die vom Papsst in der Au-
dienz vom 23.4.1987 approbiert wurde, erklärte,
dass der Konsensmangel, von dem in can. 1103
die Rede ist, auch auf Ehen von Nichtkatholiken
angewendet werden könne (...).

Diese Erklärung, wie zur Sache erläutert wurde,
unterstellt zweifellos „als sichere Lehre, dass die
Furcht die Ehe aufgrund des Naturrechtes ungül-
tig mache“, auch wenn die große Frage offen
bleibt, wie die Grenzen zu bestimmen sind, in-
nerhalb derer die Furcht diesen vernichtenden
Einfluss hat“, vor allem „welche Elemente natür-
lichen Rechtes sind, welche aber positives Kir-
chenrecht, wenn es solche gibt“ im Text des can.
1103 (...).

Darüber hinaus räumen alle ein, dass das kirch-
liche Gesetz, „um die Freiheit der Heiratenden
wirksamer zu schützen, aus rein menschlichem
Recht einen höheren Grad von Freiheit verlangen
könne und wahrscheinlich verlangt, als vom Na-
turrecht allein für das gültige Heiraten gefordert
wird“ (...)